



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Immvnitare Ecclesiarum. Titvlvs XVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

DE IMMUNITATE ECCLESIA-
RIUM.

TITVLVS XVII.

CAP. I.

Reuocat & praesens nulli haberi decretalem, clericis, eod. tit. lib. 6. cum suis declarationibus. In. And.

Clemens V. In Concilio Vienensi.

Quoniam ex constitutione Bonifacii Papae octauis praedecessoris nostri, quae incipit, Clericis laicos. & ex declaratione, seu declarationibus ex illa postmodum subsecutis, nonnulla scandala, magna pericula, & incommoda graua sunt secuta, & ampliora sequi (nisi celeri remedio succurratur) praesumitur a verisimiliter in futurum: Nos de consi-

a al. Praesumantur.

lio fratrum nostrorum constitutionem, & declarationem, seu declarationes praedictas, & a quocumque eis secutum est, vel ob eas, penitus revocamus, & non haberi volumus pro infectis: Volentes & firmiter statuente, illud (contra quoscumque laicos, exigerentur extorquentes ab ecclesiis ecclesiasticisque personis alias seu collectas aut exactiones quascunque, & contentantes ad id faciendum consilium, auxilium vel firmam, necnon & circa praestandas subventiones laicis ab ecclesiarum praetatis, aliisque viris ecclesiasticis) inoplabiliiter observari, quod super his a praedecessore nostro in Lateranen. & generali Concilio, quae nos subestatione divini iudicii praecipimus observari distinde, si lubriter est provisum.

a In vetusto codice manuscriptorum ita: aconia & frequentia in eis penitus, &c.

F I N I S.



CLEMENTINARVM

LIBER QUARTUS.

DE CONSANGUINITATE, ET AFFI-
NITATE.

TITVLVS VNICVS.

CAP. VNIC.

Scienter contrahens matrimonium in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibita vel cum moniali, excommunicatus est ipso iure: & publicari debet & vitari. Idem professus & professa, vel constituto in sacris. Ioann. Andr.

Clemens V. In Concilio Vienensi.



Quos a. qui (divino timore postposito in suorum periculum animarum) scienter in gradibus consanguinitatis & affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non ventur: Necnon religiosos & monia-

les ac clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonialiter contrahentes, refranare metu poena de haereticorum temeritatis audacia cupientes: Ipsos excommunicationis sententia ipso facto decernimus sapacere: Praecipientes ecclesiarum praetatis, ut illos quos eis constituta taliter contraxisse, excommunicatos publicetamdiu nuncient, seu a suis subditis faciant nunciant, donec suum humiliter recognoscens errorem legationetur ab invicem, & absolutionis obtinere beneficium mereantur. Per praedicta quoque iuribus, quae sic contrahentibus alias poenas imponunt, in nullo volumus derogari.

a Vid. Concil. Tridentin. sessio. 24. de reform. matrimonial. cap. 1. & de intellectu, beatus Antonium tractat. de excommunicatione, cap. 34. adde Conciliarum lib. 4. decretal. part. 2. cap. 3. §. 2. num. 8.

F I N I S.

CLE